



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Cap. XXVIII. Lingua iuramentis assueta quàm sit exitiosa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77028)

CAPVT XXVIII.

Lingua IVRAMENTIS assueta, quam
sit exitiosa.

Complures morbi sunt, quibus certius cognoscendis, luculentum signum petitur à lingua, quam agrotus in eum finem subinde protendit inspiciendam medico. Anatomia periti ajunt cor & linguam nervo conjungi uno: hinc signa valetudinis à lingua peti. Qui nosse cupit, quo quis morbo laboret, linguam inspiciat, verba consideret, sermonem observet. Lingua nuntius, & index cordis est. Qui psittacum avem, è plumulis, è pascu, è volatu non norit, saltem noscet è garritu: qui nescierit, quos hi, aut isti, aut illi mores præ se ferant, attendat quid garriant. Ita Socrates inspecurus adolescentis animum, contemplatus est linguam: loqui cum iussit, ut videret quam commodis esset moribus. Avis à rostro, & cantu optimè dignoscitur: humanus animus colloquii exploratur. Qui curiosus Pharmacopolium lustrat, ut pyxidum opes indageret, operculum movere, pyxides aperiri, mox aut fragrans moschum, aut assa dulcis, aut suaveolens balsamum, aut graveolens Castorium, aut assa foetida se prodiit. Lingua cordis operculum est, hoc amove, & nosces illud.

Explicatissimè Christus: *Bonus homo, inquit, de bono thesauro cordis sui profert bonum, & malus homo de malo thesauro profert malum. Ex abundantia enim cordis os loquitur.* Neque aliter Siracides: *In lingua, inquit, sapientia dignoscitur: & sensus, & scientia, & doctrina in verbo sensati.* Neque aliter Augustinus: *Nam quid velis cor, ait, lingua testatur. Ergo, ante sermonem non laudes virum. Nam, sicut rusticatio de ligno ostendit fructum illius: sic verbum ex cogitatu cordis hominis.* Pyrus non fert mala, nec nullus pyra vel pruna: sua cuique indoles, suus cuique genius est, ad hos illosve fructus ferendos.

Caiphæ Pontificis cultus janitrix, Petrum Apostolum designata est dominum compellare: Homo vilis, Galileus est, aiebat, ipsum loquela ipsius manifestum facit. Plerumque vix paucas voculas effamur, & an Germani, Itali, Hispani simus, ab idiomate arguimur: Ita proflus, quid quis clausum gerat pectore, lingua facit perspicuum. Verissimè dixit Socrates: *Qualis vir, talis oratio, qualem avi rostrum est, talis & cantus est: quales cuiusque sermones, talia plerumque sunt & facta.* Quod optimè dixit Aristoteles: *Qualis quisque est, talia & ait.* Imaginem animi esse sermonem, optimè interpretatus Christus: *Que autem, inquit, procedunt de ore, de corde exeunt, & ea coinquant hominem.* Inter hæc oris inquinamenta longè perniciosissimum est Lingua *Iurans*, seu, Jurandi consuetudo multò pessima, de qua copiosius jam disserendum.

§. I.

Temerariam jurandi consuetudinem adeò severè prohibet Deus, ut satis sit divinæ legis verba recitasse. Hæc sunt: *Non assumes nomen Domini in vanum, nec enim infonem habebit Dominus eum qui assumpserit nomen Dei sui frustra.* Lex hæc unica, Christianis omnibus, instar mille concionum sit. Certè vlt seriùs & magnæ auctoritatis, ad puerilia quæque se testem produci non sinit, & Deus rex cæli toleret, ut eum nugarum, iurò & mendaciorum nostrorum testem advocemus? Quid enim est aliud, Jurare, quam Deum testem invocare? Clarè Augustinus: *Itane verò, ait, quisquis es pravi cordis & perversi, si dicas, per Deum, iuras: si dicas, Testis est Deus, non iuras? Quid enim, per Deum, nisi, testis est Deus? Aut quid est, testis est Deus, nisi, per Deum?*

Res ardua circumspectionis est, iuramentum licitum. Aut nullum, aut, malum est iuramentum, quod iudicio, veritate, & iustitiâ destituitur. Hieremias vates

K k k 2

expresit:

mus) quo mortales citius huic maledicentiæ & imprecandi libidini defuiscant, discantque benedicere & non maledicere. Lata est sententia: *Maledicti regnum Dei non possidebunt.* Odit Deus & arceat hominem, cuius maledictione os plenum est, & amaritudine & dolo, sub cuius linguâ labor & dolor. Quibus animus est æternis laudibus Deum venerari, iis nunc incipiendum, nempe ab hominibus ducendum est principium, quod in Deo sine fine finitur. Quisquis poterit injurias maledictis non pensare, & Paulo præceptore, etiam persequentibus benedicere, Orbis supremo die benedictionibus infinitis honorabitur: Bene illum, bene corpus, bene animum, bene omnia illius. Ergo, *Benedicite & nolite maledicere.*

§. V.

Sed vulgatum illud orbi admirandum maledictum non omiserò. E signatis tabulis hoc recitabo, & testes sitam fide dignos. Conjugem Comitissæ in Hollandiâ Margaretam paupereula mulier, quæ gemellos ulnis gestabat, stipem rogavit. Comitissæ conjux non solum stipem negavit, sed & convicium addidit, adulteri eam insimulans, ob prolem tam numerosam. Perculit feminam graviter & repulsa & contumelia. Ergo audet & imprecatur: Velit Deus, ut tu, ô domina tor proles parias, quot annus dies continet. Voluit omnino Deus ratam esse imprecationem. Ita uxor Comitissæ evoluit mensibus, partu uno trecentos sexaginta quatuor liberos enixa est. Et quia omnes in lucem vivi prodierunt, ab Ultrajectino præpiscopo Guidone facto tore tincti, sed paulò post unum cum matre defuncti sunt. Extat hodiè que in Loldunenfi virginum cenobio inter Leydam & Hagam Comitissæ sibi epitaphium, quod hanc repræsentat inscriptionem.

Illustri Domini Florentii, Comitissæ Hollandiæ filia, cuius mater fuit Mathildis, filia Henrici Ducis Brabantie, frater quem quodæ habit Guiljelmum Alamaniæ regem: hæc præfata domina Margareta, Anno salutis millesimo ducentesimo septuagesimo sexto, ætatis suæ anno quadragesimo secundo, ipso die parasceves, horâ nonâ, ante meridiem peperit infantes vivos promiscui sexus, numero trecentos sexaginta quatuor, qui postquam per venerabilem Episcopum Dominum Guidonem suffraganeum, præsentibus nonnullis proceribus, & magnatibus in pelvi quadam Baptismi Sacramentum perciperent, & masculis Ioannes, femellis vero nomen Elisabeth imposuit fuisse, ipsorum omnium simul cum matris animâ ad Deum æternaliter victuræ redierunt: corpora autem sub hoc saxo requiescunt.

En, Lector, tabulas signatas. Quam facilis est Deus imprecationi, præsertim pauperum annuere, & veneratorum leges solvere, ne irrita cadat Imprecatio. Multorum vota maximatum vitium sunt. Finio, sed prius addo recentissimum ac planè musteum Imprecationis specimen. Nimirum tam alius quam sibi ipsi malè precari pessimum.

Hoc ipso, quo hæc typis parantur, anno millesimo sexcentesimo vigesimo octavo Augustæ Vindelicorum duæ mulieres mater & filia in gravem furti suspensionem haud temere venerunt. At illæ, quòd increbrescentem ejus facinoris famam à se propularent, ita Deum obtestatae sunt, ut, si fontes essent, horribili pestilentia utramque pareretur afflari, idque ad designatum diem, & quod ampliùs, certo pestiferarum plagarum numero expressio. Audiit hæc vota Deus, & annuit. Venit itaque jurata dies, & simul pejerata pestis, quæ servato fide plagatum numero (quaternas una, novenas altera sibi fuerat imprecata) utramque feminam invasis, & simul documento manifesto fuit, pejeranti & malè precanti lingue iudicem vindicemque instare Deum.

Millies dixerò, nec id satis unquam imprecassero: *Benedicite, & nolite maledicere.*

Hierem. c. 4.
v. 2.

expressit: Et jurabis, Vivit Dominus, in veritate, & in iudicio, & in iustitia. Hæc autem tria tam facile depravantur, ut exactissime pendere debeat quid facturus sit, qui iurejurando se obstricturus est. Sed hæc nihil ad nos hoc loco. Nostrium hic exponere, temerariam jurandi consuetudinem, à divinis oraculis extremè damnari. Quatuor verò potissimum capita sunt, quæ Linguam

4. Capita
linguam
jurantem
in exitium
præci i-
tantia:
1. Affectus
jurandi.

jurantem in exitium præcipiunt.
Primum est, Affectus seu libido jurandi, quæ sæpe tanta est, ut mortalium innumeri, quidquid loquuntur temerariis juramentis, velut venenato pulvere aspergant. Plurimos reperias, qui ante centies jurent, quam vel semel panem à Deo flagitent. His talibus juramenta, velut verba injussa, provocant: jurant, neque jurare, multò minus peccare de cogitant. Aded namque volubilis sunt linguæ ad jurandum & dejerandum, ut fateri cogantur, tam insaniam jurandi consuetudinem, pruritu ac morbum esse. Hinc sæpe, Augustino teste, pluræ sunt juramenta, quam verba. Quam id autem Deo non potest non graviter displicere, quod ore tam soluto laxo-

Aug. loco in
frat. cit.

Jacob. cap. 5.
v. 12.

quæ adversus ipsius honorem pugnemus. Quapropter Jacobus Apostolus adhortatione maxime scribit: Ante omnia, inquit, fratres mei, nolite jurare, neque per calum, neque per terram, neque aliud quodcumque juramentum: Sit autem sermo vester, est, est, non, non, ut non sub iudicio decidatis. Illusterrime hæc Apostoli monita interpretatus est Augustinus. Hic ego te, Lector, obsecro, vacuas præbe aures atque attentas, & quid hic unus sed eruditissimus, sed sanctissimus præful de jurandi consuetudine senserit, auferat. Sic igitur Augustinus loquitur: Quare ergo, Ante omnia? Ista verbo, quod ait, Ante omnia, cautus nos fecit adversus linguam nostram. Ante omnia, ait, ut attendatur præ ceteris, ut vigiletis, ne surrepat vobis consuetudo jurandi. Tanquam in speculâ ita te possit contra te. Considera enim te jurantem per Deum, per Christum occido illum: & hac quoties per diem, per horam: Non aperis os nisi à tali juratione. Nolles, ut diceret tibi, Ante omnia, ut te adversus consuetudinem intensissimum redderet, ut omnia tua inspiceret, omnes motus linguæ tuæ diligentissime custodiret, male consuetudinis tuæ custos esses. Ad eam constringendam audit, Ante omnia. Dormiebas, pingo; Ante omnia, spumas admoveo. Quid est, Ante omnia? Ante omnia vigila, Ante omnia intentus esto. Hoc peccatum quem nō reum teneat, si jurare peccatum est? Nam perjurium peccatum esse, & grande peccatum nemo dubitat: sed non ait Apostolus, Ante omnia, fratres mei nolite perjurare, sed nolite jurare. Quia ergo grave peccatum est pejurare, compendium tibi dedit Scriptura, Noli jurare. Vis ergo longè esse perjurior? Jurare noli. Falsa juratio exitiosa est, vera juratio periculosa est, nulla juratio secuta est. Sed consuetudo est, solet dici, &c. Major consuetudo major intentionem flagitat, non rei levis consuetudo. Si de manu aliquid faceres, facilius manus tuæ imperares, ne faceret: Si pedibus aliquid eundem esset, pigritiā retardante excitares te, ut surgeres & ires: lingua facilitatem habet motus, in udo posita est, facile in lubrico labitur. Quando illa citius & facilius movetur, tanto tu adversus illam fixus esto. Nam tantum mali habet juratio, ut qui lapides colant, timeant falsum jurare per lapides: tu non times Deum presentem, Deum viventem, Deum scientem, Deum manentem, Deum in contemptorem vindicantem.

Aug. tem.
10. serm. 28.
de verbis
B. Jacob. an-
te finem ser-
monis: cetera
reper Deum, per
Christum occido
illum. N. B.
jurat homi-
nem à se oc-
cidendum.

§. II.

2. Affidui-
tas & quo-
tidiana
consuetu-
do juran-
di.
Eccli. c. 23.
v. 9.

Alterum est, Affiduitas & quotidiana consuetudo jurandi, quam sacra volumina gravissimè reprehendunt. Siracides, ut cautiore nos reddat, iuratori, ait, non assuescat os tuum, multi enim casus in illâ. Sunt qui tertio quovis verbo, ad vilissima quæque usurpent divinum nomen: nostrum nomen non nisi ad causam explicatam & æquam adhiberi patimur, quidquid demum fiat divino. Quis servorum sine honorificâ præfatione dominum aut magnatem nominet? & nos Angelorum regem inter rixas & contumelias appellamus imprudentissimè, seu levitatis seu falsitatis nostræ testem. Sunt qui vel uno

die sexcenties dicant: Per Deum, Testis est mihi Deus, Deum appello testem. Aliter Seraphini Angelorum premi sanctissimum Dei nomen venerant: quanti enim si reverentiâ, quò tremore suum illud trigemum Sanctus, Sanctus, Sanctus modularunt? At nos viles hominuli, in omne facinus projecti, in precibus torpidi, ad fabulas attenti, in vanis & inutilibus animosi, cum oramus, Deum nominamus nō sine fastidio, cum ludica ausulfa narramus, eundem Deum appellamus, non sine grandi contemptu. Et quemadmodum sacerdos in sacris læpius ingeminat, Oremus; sic juramentis affluens, assidue iterat, iuremus, bñssphememus. Res ipsa hinc loquitur. Et idè Chrysostomus olim expertus: Nos autem, inquit, & cum viliâ comparamus, & cum de uno numo contendimus, & cum adversus servulum commovemur, Deum testem invocamus. Et hominis quidem ingenui & aliquâ dignitate muniti, in publica ad huiusmodi res non audent testimonium postulare, ne & iniuriarum contra nos vindicta procedat: Deum autem, celorum regem, Angelorum Dominum, & cum contrahis, & cum loqueris, & cum quibuslibet sermonibus delectaris, advocas. Hanc ergo jurandi flagitiosam consuetudinem gravissimè detestatus Siracides: Nominatio Dei non sit agnata tui in ore tuo, inquit, & nominibus sanctorum non admisceatur: quoniam non eris immunis ab eis. Vir multum iurans impletur iniquitate, & non discedet à domo illius plaga. Hoc unum, obsecro, vigilante animo considera: Vir multum iurans, impletur iniquitate. Compendium & epitome diversorum scelerum est jurandi temeritas: adebit plura qui frontem per tot juramenta exuit: impletur iniquitate. Neque hic vindices Dei manus exibat. Nam est fecas, severas tamen exolvit penas, & non discedet à domo illius plaga; non seipsum tantum, sed & posteror suos centuplicatis secum supplicis involvet.

§. III.

Tertium est, Nullâ, vel levi ex causâ jurare: quod divini leges expressissimè vetant. Non usurabis nomen Domini Dei tui frustra: quia non eris impunitus, qui super vanâ nomen eius assumpsit. Hanc legem spernit quicumque immediatus & incogitans otiosa temeritate jurat. Hebraeis non tantum hæc talia juramenta vetita, sed & religionis ac reverentiæ causâ, nomen Dei Jehova pronuntiare non sunt ausi, nisi soli sacerdotes & Pontifices, quid maxime ad solennem populi benedictionem, aut ingressum in templi adyta pronuntiabant. Josephus affirmat, sibi hoc nomen eloqui, nec jus nec fas esse. Cum ergo in sacris paginis hoc nomen legenti occurrat, Hebraei pro illo substituebant Adonai, vel Elohim. Imò Christus & Apostoli, cum testes faciunt Hebræas paginas, in quibus nomen tetragrammaton est, pro eo nomen Dominus substituit. Hinc Judei negant se scire, quâ ratione nomen illud pronuntiandum sit, seu, quomodo illud Deus, Moyses, atque sacerdotes pronuntiant; aut quæ ultimam sacerdotem, qui nomen hoc expresserit fuisse Simeonem iustum (qui Chastum puerum in templo passis ulnis amplexus est) à venturo autem Messia se docendos modum huius nominis pronuntiandi. Ob eandem divini nominis reverentiam summus Pontifex, illud in tiarâ, laminæ aureæ insculptum gestabat sublimis; quod rex Macedo Alexander Jaddo Pontifici obviis, humi prostratus reverenter adoravit.

Tantæne reverentiæ divino nomini detulim? olim Hebraei, & illud innumeris juramentis adeo impie temerent Christiani? Grave flagitium, & supplicio dignissimum. Neque præci tantum Hebraei, sed & nostrates ac huius ævi hoc servant pertinaciter; per nomen tetragrammaton expresse jurare nunquam audent, sed hæc formula, idque admodum raro, & non nisi ad æti utuntur: Juro per jod, he, vau, & jod (sunt quatuor nomina tetragrammaton litteræ) quod juramentum illis sacrosanctum & summum habetur. Idem iohannis cap. 1.

lolaris non licebat, fallum Deum Demogorgonem nominare: si quis secus faxit, terræ tremoribus id vindicandum.

§. IV.

Quartum est, per res creatas jurare, imò ipsum etiam diabolum testem advocare & judicem: Si res non ita se habeat, diabolus me rapiat, cacodæmon me laceret, mille me diaboli asportent: mortuus ex hoc loco jam esset, hic bolus me suffocet. Narrat Polydorus, Comitem Goduinum in mensa dixisse: si merui, hic ipse bolus me strangulet. Dixit, & factum est. De hoc juramenti genere signat Augustinus: *Iurare, inquit, per execrationem, est gravissimum jurisjurandi genus, cum homo dicit: si illud feci, illud patiar.*

Sicrum est periculum ex aliis facere, tibi quod ex usu fieri. Narrat Martinus Delrius, Hispanum militiæ ducem, cui nomen Bravo, quem & Delrius sepe vidit, mirè deditum fuisse aleæ, & quod plerumque fieri amat, in ludio diu jacere in se iuxta atque alios esse solitum. Quadam die cum infelices semper numeri, & damnosi subsisterent canes, irà effervescens in caput suum diuissimam precabatur. Et en subitò, coram multis qui aderant, ab invisâ manu ad tabulatum usque sublatus, post aliquod temporis expallidus & mortuo similior quam vivo, in solum deponitur. Cadaverosum hunc vultus lurorem toto post vitæ tempore retinuit. Rem aquè testatam sed magis horrificam, optimâ fide idem commemorat in hunc modum.

In Silesiâ vir nobilis convivas invitavit, jamque pæne merides vocatæ ad epulum, convivarum tamen nullus prandium condixerat; sitas quicquid remoras excusabat. Bilem hoc movit homini. Ergo irâ frendens: Si convivæ nolint, inquit, veniant omnes diaboli. Dixit, & ut plenus erat fastidii, domo abiit, forè delatus in templum. Hic sedandæ nonnihil bili, substitit, & quid ecclesiastes pro suggestu diceret, attendit. Dum ille in templo hæret, ad illius domum interim adsunt equites proceri, sed atri, imperantque servo, herum quantocius vocet, adesse hospites. Servus animo consternatus ad templum properat, & nuntiat hæc hero: ille inops consilii curionem consulit. Curio hoc suavit, ut omnem familiam domo juberet excedere. Fit. Sed dum properant, infantem in cunis dormientem trepidâ oblivione solum deserunt. Larvati ex Orco hospites domum liberè ingressi, quia invitati, incipiunt comestari, & velut ebrii vociferari, per fenestras etiam prospicere, sed variis urforum, felium, luporum, sed & hominum formis, monstrare pocula & quasi propinare, carnes assas, pisces lixos, placentas fixas, & id genus edulii ostendere. Hæc vicini, hæc Curio, hæc ipse paterfamilias vidit, & Ah, inquit, ubi meus infans? Statim ab extremâ parte verbi, demonum unus infantem ad fenestras, flebile parenti spectaculum, exhibuit. Virum nobilem infantis incolumitas unice angebat. Servum ergo, quæ fidissimum habuit, interrogabat: Dic quæso, ait, quid agam? infantem quomodo eripiam his monstribus? Cui servus: Domine, inquit, stes animo: vitam ego meam committam Deo, & ingrediar domum, infantem his larvis abstracturus; Deus aderit. Si ita vis, ait herus, sic abi, Deus opem porrigat. Ita servus cum fausta prece Curionis & ceterorum, ingressus est domum, & ante conclavæ, in quo demones furebant, in genua prostratus, se Deo impensissimè commendavit. Sic oblitus animo aperuit januam, reperitque demones, hos quidem stantes, hos sedentes, illos decubantes, istos serpentes, jamque omnes uno impetu in se ferri ac vociferari: Quid hic tibi est? Ille sudans, animo tamen præsentis usus: Tu, inquit, infantem mihi trade. Cui diabolus infantem gestans: Nequaquam, ait, jam meus est hic infans. Abi tu, tuoque domino dic, ipse veniat, & infantem recipiat. Servus

Tom. I.

A jam animosior: Nominè Christi Jas v, inquit, infantem, aufero, & restituo patri. Dixit, & fecit. Hic omnes vociferari: Relinque infantem, nebulo, relinque, ait disceperimus te. Ille minis neglectis, celeriter se domo eiecit, & infantem reddidit parenti. Eò nimirum diabolus laxare permissum, non ultra. Post aliquot elapsos dies evanuerunt hi ab Erebo convivæ: ita vir nobilis cum familiâ in vacuas ædes denuo immigravit. En inconsulti dicti quas pœnas dederit pater, quæ pericula subierit infans filius? Linguam deinceps frenare disce; iræ moderari stude; atque si domum elocare lubet, mendicis potius quàm diabolis eloca: si cenam respiciant convivæ opulentiæ nobiles, fruantur eâ pauperes.

§. V.

Verùm, nec ad epulas nec ad choreas vocandus est gentis humanæ hostis, quod sequens narratio demonstrabit. In Saxoniâ opulenta virgo, juveni elegantis formæ, sed tenuis fortunæ conjugium promissit. Ille catus cautusque angebatur futuris, & vereri se dicebat, ne fidem frangeret immemor promissorum. At illa diu seipsam devovens: Si alteri nupsero, inquit, diabolus in ipsis nuptiis me vivam abripiat. Enimverò elapsis aliquot mensibus mutat animum virgo, & sponso prioris spreto, nubit alteri ditiori. Adest prior continuò, mœnetque fœderis, & diu deuotionis. Illa obfirmat animum, & Noli, ait, obtundere homo, frustra es. Jamque nuptiæ parabantur. Ipso autem nuptiarum die, cum jam totis ædibus perstreperet hymeneus, cum cognati & convivæ mirè hilarescerent, sponsa, vigilante conscientia, solito sit tristior. Sub epuli finem, duo diaboli, nobilium equitum tunc primùm adventantium specie, nuptialem domum ingrediuntur, humaniter excipiuntur; sit locus novis convivis, consident unâ, fabulantur multa, mentiuntur plurima. Jamque epulum & choreama ad saltationem spectabat. Ita remotis mensis in choreum itur. Equitum alteri honoris causâ invitatur, ut cum sponsâ choros ducat. Non recusat; unum alterumque canticum cum eâ desaltat. Mox cum eadem per ostium erumpit, & in altum se tollit cum devotâ sibi prædâ, parentibus & cognatis frustra lamentantibus. Postero die mœstissimi parentes & cognati, miserunt qui sponsam quærerent, ut saltem esset quod sepulchro & terræ redderent. Quærentibus iidem diaboli duo fiunt obviam, & sponsæ vestes ac mundum muliebrem reddunt cum hoc dicto: In sponsam, non in hæc potestatem nobis concessit Deus. Augustini verba hic repetito; *Iurare per execrationem (quod sponsa fecit) gravissimum jurisjurandi genus est.* Ita misera quæ nuptiarum promissa violavit, & suam in se precationem contempsit, corpore animoque cacodæmoni mancipata est. O quantum momenti, in quantillis vocibus! En caussam, quare Jacobus Apostolus dixerit: *Ante omnia, fratres mei nolite*

jurare: non per calum, sed neque per terram, multò minus per diabolum.

Huic alterum addo, id quæ recentius. Anno millesimo quingentesimo nonagesimo nono, die vigesima nonâ Novembris, Geradimontii in Flandriâ, argentarius (cui Antonius nomen) ad Navim auream holpes divertit. Lis ei erat cum aliis de pecuniâ, quam alii dabant ei assuabant, ipse acceptam negabat: & pernegabat, & quod pejus, juramento dicta confirmans: Si eam pecuniam, aiebat, acceperim, velit Deus ut hoc igne comburam. Simul ignem monstrabat in proximo camino structum. Nec tamen iis quibuscum lis erat ita satis factum. Hominem jurejurando insuper censuerunt obstringendum. Neque hoc ille detrectavit, iusjurandum dedit. Sic vespere discessum est. Antonius post cenam lectum sterni, & ignem paulò luculentiorum in camino fieri iussit, eò averlus se applicuit, quietius, ut putabat, dormiturus calefacto corpore. Holpes sedula

K k k 3 lu &

Delrius tom. 2. disquisit. Magic. lib. 3. par. 2. q. 7. sect. 1. mibi pag. 77.

Inc. cap. 5. v. 12. Ex ipso autographo Galice excuso Arrebat Anno 1601. Cum approbatione D. Guillielmi ad S. Magdalenam curionis & Geradimontii Arentsis, Anton. de Haack vulgo Cruick.

lus & officii sui satagens peregrinum hominem ante somnum convenit rogavitque, num quid rerum deesset; simul ignem singulariter observavit jam pane in favillam confusse, nec quidquam periculi ab eo metuentum. Sic abiit à cubiculo. Has ipsas aedes sub undecimam noctis horam excubitor transiit, viditque in eâ parte ædium, ubi Antonius morabatur, plurimum luminis effulgere: quia tamen incendium suspicatus non est, frustra ciere turbas noluit. Idem vigil non multo post ibidem præterit. Sed jam vehementior ille cubuli fulgor decreverat. Eâdem horâ soror Antonii vix mille passibus ab oppido distans etiamnum in opere erat, & fila ducebat. Cum ecce colum subitus è foco ignis invadit, ægrè repressus aquâ. Eâdem nocte ante parochi domum horribiles latratus canis edidit. Manè Antonii soror maritum mittit Geradimonium ad invilendum fratrem. Expectat is ultra horam in hospicio, dum affinis surgeret. Nemo prodit. Tandem pulsât ad cubiculum: nemo respondet. Denique rogat hospitem, aperiat. Ingredivuntur ambo, & miserum reperiunt fœdè ustulatum ac mortuum; illâs à flammâ pedibus Cræneum primo tactu in cineres solutum, scabellum cui infederat, pane combustum. Omnis pecunia quam secum in loculis deferebat, ab igne intacta erat. Hoc quamprimum urbe totâ vulgatum est. Mox omnes ad triste spectaculum convolarunt. Fama etiam Bruxellas iit ad Belgii principes, qui virum gravem miserunt, ut in rei fidem inquireret. Omnia, prout narravimus, comperta. Nimirum vigilâ divina Vindicta, nec perjuris dormit, præsertim cum illi tam securi sceleris in somnum declinant. Repeto illud beati Jacobi: *Ante omnia, fratres mei, nolite jurare.*

Seu Adri-
nopolim.

§. VI.

Sed dices, hi quos nominasti, falsò jurarunt; ego, alii-
que leviter & incogitati juramus, & modò Deum, modò diabolum nominamus testem: quid hoc tanti momenti sit? Non est ita, mi vir ut dicis: nam ille nobilis Silesius præcipitante irâ, & inconsideratus juravit. Deinde verò, eum te esse finge qui semper verum dicas, quotiescunque dicis: Testem Deum appello; Ne sim falsus, si hoc fecero; diabolus me avehat, si hoc patiar: esto, inquam, te talia dicendo veritati nunquam contradicere (quod fieri non potest) per hanc tamen pessimam jurandi consuetudinem, inobservatis lapsibus, devenies ut etiam falsâ juramenti confirmes. Crede mihi, regula est certissima: *Sape jurando perjuri finis.* Omne autem perjurium letale delictum est; neque hic, ut in aliis, rei levitas excusat. Sapienter præmonet Ambrosius: *Nolite ergo jurare, ne incipias peccare;* hoc illud è vestigio sequitur. Hanc ipsam ob causam divus Jacobus cavere jubens: *Nolite, inquit, jurare, ne decidatis,* ab uno in aliud juramentum, à juramento in perjurium, ob perjuriam justo Dei judicio dammandi.

Ambrosius in
exhortat. ad
Virg.

Matt. c. 5.
v. 33 usque
ad v. 38.

Denique legislator divinus, Christus Dominus, sanctissimam in omnia juramenta legem, & nulli antiquam promulgans: *Audistis, inquit, quia dictum est antiquis. Non perjurabis, reddes autem Domino juramenta tua.* Ego autem dico vobis non jurare omnino; neque per calum, quia thronus Dei est; neque per terram, quia scabellum est pedum ejus; neque per Ierosolimam, quia civitas est Magni regis, neque per caput tuum juraveris, quia non potes unum capillum album facere, aut nigrum. Sit sermo autem vester, est, est; non, non: quod autem his abundantius est, à malo est. Si eam observantiam Deo debemus, ut non nisi ad res ipso dignas, testem eum vocemus, cujus obsecro momenti sunt pleraque omnia, vanissima certe illa juramenta? Quare prohibet Christus, imò jam prohibitum esse docet, jurare. Neque tantum vetat, per Deum; sed & per res creatas jurare. Quod autem abundantius est simplici affirmatione, vel negatione, à malo est, à diabolo introductum est.

Ex hominum vitiis natum est juramentum, quòd mendaces sint plerique, subdoli, flexiloqui, vari, nec eam colant simplicitatem atque sinceritatem quam dicat ratio. Nemo autem minus metetur fidem quam is qui frequenter jurat. Vult itaque Servator, nos adeò spectat morum integritate vivere, ut nemo nobis non credat etiam injuratis: adeoque apertâ simplicitate, ut vicissim nulli non credamus injurato, sitque sermo Christiani iustar jurisjurandi. Iudorus Pelusiota insigniter: *Si nos, inquit, greges es, inquit, ac sub bono illo pastore censeris, ferarum naturam ac similitudinem abjura; & ipsius voci obtempera, quod ne omnino jures, prohibet. Quod si jurare minime vis, nec ab alio juramentum ut jurent extorque. Idg. duplici de causâ, nimirum quia veri studiosus est qui interrogatur: aut contra, quia libenter mentitur. Si enim ille vera loqui solet, omnino etiam multo interposito jurejurando vera loquetur: Si autem mendax est, rans etiam mentietur. Non sine causâ Siracides: Loquida, inquit, multum jurans horripilationem capiti statuet. Et quum profectò est, ut cum multum juratur, caput audientis exhorrescat, quòd sanctissimum Dei nomen hic abjici videat & calcari. Non exigua virtus est, juramentis penitus abstinere.*

CAPVT XXIX.

Quid Sancti Patres, Chrysostomus, Augustinus, Bernardus de Lingua IVRANTIS E senserint.

Iuramentum reverenter adhibitu, licitum semper sanctumque habitum, ex usu omnium gentium & tribunalium constat. Sed alterum illud vanum, & sine causâ usurpari solitum, à Christo Salvatore prohibitum, variis & supplicis coercendum, sanctissimi quidamque & eruditissimi viri gravissimè detestati sunt. Ex eorum numero tres potissimum selegi, Chrysostomum, Augustinum, Bernardum, priscos doctores, quorum sententias perrogare institui. Dicent illi quid de improba jurandi consuetudine sentiendum. Quâ in re requirunt nobis capitâ præcipue persequenda. Primum Jurandi consuetudinem assiduis objurcationibus esse convellendam. Secundum. A Juramento ad perjuriam facilimè transiri. Tertium. Non tantum non jurandum, sed nec juramentum sine necessitate postulandum. Quartum, E Juramenti plurima, maxima provenire damna. Quintum. Jurandi consuetudinem facile posse corrigi. De his breviter, & ordine signato disseremus, ex ore doctorum Patrum.

§. I.

Primum. Deterrimam jurandi consuetudinem assiduis inculcationibus castigandam, illustrissimè docuit Chrysostomus, qui vix unquam pro suggestu dixit, quin flagitiosam illam jurandi assiduitatem acri aceto perfunderet. Ipse de seipso testis: *Esti enim heri, ait, & natus tertius de hac vobis locutus sum materia, neque tamen hoc die desistam, neque cras, neque per eadem persuadere. Et quid dico crastinam aut tertiam diem? Donec vos correctos videam, non abistam.* Sed eadem iterum atque iterum inculcans, & pessimam jurandi consuetudinem identidem castigans: *Quid faciam?* inquit, donec vos correctos videam, non possum abistare proposito. Obsecrare, arguere, increpare, opportune, importune institit, Apostoli suavis, nec de eadem re sæpius obtundere destitit, dum adverteret hoc vitium saltem capi & intelligi, si non perfectè corrigi. Et veluti faber tundendo ictus repetit, & malleum sæpius in idem ferramentum revocat; ita Chrysostomus: *Rursus, inquit, vobis de eadem materia dicere volo, ut de mente vestra, improba jurandi consuetudo radicitus evellatur. Sextus hic dies est, quod de hoc præcepto ad-*